





*13 de libro de Miserere - Tracta deo dicta
ad dicitur V*

Garsias Menesius eboreensis presul quom Lusy
taniæ regis iclyti legatus & regiæ classis aduer
sus turcos idruntē in apulia presidio tenentes
prefectus ad urbem accederet in téplo diui pauli
publice exceptus apud Xystū. iiii. pont. maxi.
& apud sacrum cardinalium senatum huiusc
modi orationem habuit

Si ita ab immortali deo constitutū
erat. P. Beatissime ut ego tā & si in
ter eius ministros aſcriptus effuge
re tamen maiorē meorē fata: & peculiare quo
dam atq; hereditariū familie nostre bellū non
potuerim. Gaudeo mirū immodū me in id té
pus in eamq; æratē incidisse: in qua labores &
picula mea Beatitudini tue & huic sancte apo
ſtolice sedi alicui esse uſui possit. Ita ut si alias
maiorē obedientia & patriæ ac parentū caritas
honesta & necessaria inuito mihi arma indue
rit. Nunc beatitudinis tue iussus & christianæ
fidei zelus pientissima & ſpōtanea induat. Eo
q; alacrius clarissimo regi & inclyto principi
meo iubentibus: & sarcinam huius expeditio
nis meis humeris imponentibus operā & in
dustriam meam detuli. Nō profecto quo aut
ualitudo tunc mea: aut substantia utraq; ex
hausta hispaniensi bello animu, mihi ad tan
tam rem capessendam atq; exequēdam facere

potuerit. Sed quia obsequēdi beatitudini tue
desiderium: & cupido exponende uitæ p̄ salu-
tē & decore hnius sancte sedis plus apud me
ad subeundum hoconus q̄ difficultas aut ne-
cessitas ulla ad declinandū ualuit: & ut liquidus
beatitudo itelligat: non mentem modo me-
am: quā rebus deinceps non uerbis contestari
uellem: sed animū ip̄m quod maius ē regis il-
lustrissimi & singulari uirtutē prediti simul &
fortissimi principis eius nati erga christi iefu sā-
ctissimā fidem erga hanc sedē erga beatitudinē
tuā repetā q̄ breuissime potero rem omnē quo-
gesta est ordine.

NARRATIO

Alfonſus igitur rex lusyanorum qui reliquos
huius etatis principes pace quod omniū dixe-
rim semp incredibili quodā ardore ampliande
catolice fidei: & singulari erga immortalem de-
um pietate supauit: quom primū rhodium ob-
ſellum ab immanissimis barbaris audisset: q̄a
cauſa cōis uniuersis regibus & rebus publicis
christianis uidebaeſ: illico uolutare animo ce-
pit: quo pacto ip̄e cū expedita classe ferre opē
obſessis posset. Neq; eā rē ſecretā habuit. Sed
cōfertim accito principe filio dulcissimo oīm
cōſilioꝝ eius & periculorꝝ ſotio: & iussis ad ſe-
uenire ex fidissimis pceribus q̄ paucorꝝ dierū

itinere aberant: cōsiliū capit: non utiq; si quod
facere ex usu foret: sed quo pacto ex ultimis or
bis oris rem tantam efficeret. Decernitq; factu
rū se omnino si per cōditionem tempore liceat
& dum huc ad beatitudinem tuā nunciū rem
omnē exploratum in celeri lembo transmittit
iþe classem comeatū arma & uiros interim pa
rat: quod ita esse q̄q omnibus liqueat: nemo ta
men est qui me norit melius quia ~~ne~~ conciliū
illius particeps fuerā ita & ex precipuis comiti
bus ac sociis tā longinquæ militiæ unus futu
rus eram: sed temporis & belli immutata speci
es consiliū quoq; regis pientissimi immutauit
Nam sub id tempus quo nuncius iþe romā a
pulit: iā bellue ille immane soluta rhodia obsi
dione id runtē i apulia expugnatū p̄sidio tuta
bantur: ad quē obsidēdū & recuperādū quom
beatitudo tua animū ut decuit intendisset: per
eūdem illū nunciū qui exploraturus rhodiō
obsidionem huc uenerat: & per litteras ortatus
regem ipsum es: ut in huius belli auxilium ui
ginti naues quas carauellas uulgas uocat uiris
& armis instruētas huc ad te transmitteret.
quo nuncio accepto quicq; plereq; ex marici
mis lusytanie urbibus & ulixipo imprimis pe
stilētia laboraret: quo res difficilior erat eo aīo

eaque diligentia rex optimus classem instruxit:
ut nihil factu cogitatue dignū in ea compa
rāda pretermiserit. Accessit & industria eximii
principis: & uterque non mercenariorum militum
Sed uirorum genere educatiōe & uirtute insigniū
classem ipam referat: quorum ægregia opa & ipi
terra marique plerūque sunt usi: & Beatitudinem
tuā ubi opus fuerit usuram spero. H abes igite
munus. P. Beatissime quod petisti: si non ma
gnitudine: saltem & delectu: & terrarum longin
quitate & regio animo preciosum.

PROPOSITIO

Sed mihi multa uoluenti: & multa sæpius de
cōi totius christiane rei publicae statu cogitāti
& sollicito non ab re uisum est pauca in presen
tia de turcorum graui & calamitoso bello dicere.
Quod eo audactius differam: quo paratior ad
quodvis subeundum in eo periculum accedo.
Nam frequenti usurpatum prouerbio a maio
ribus nostris audiui: neminē de prelio cui non
sit affuturus sentēciā dicere debere neque id iniū
ria: qui enim secus faciat: eum tanque formionē
de bello in ocio disputantem ab annybale irri
deri par est.

CONFIRMATIO

Quod igite ad bellū hoc attinet. Scio plerosque
ante me hoc in loco optime & composite casū

constantinopolitani imperii totq; & tātoꝝ nō
dico oppidoꝝ & urbiū sed regnoꝝ & prouin-
tiaꝝ excidium & euersionem sepius deplorasse
& ante omniū oculos diserte & liquide funestis
simi huius belli damna & obprobria christi
ane fidei posuisse: predicasse sacroſanctas chri-
ſti iefu beatoreꝝ omniū aras & auſtissima
templa miserabili fideliū nece poluta:& in ui-
lissima iumentorū ſtabula redacta. Sanctiſſi-
mos antiftites & ſacerdotes omī tormentorū
genere quæ excogitare crudeliffimoꝝ barbaro-
rū furor potuit laceratos. Tot matres familias
tot uiduas: tot uirgines infatiabili ſpurciffimo
rū canū libidini pſtitutas: tot pueros ingenu-
os ad abnegationem uere fidei compulſos: tot
infantulos in complexu miserarū matrū ſtele
ratiffimis pugionibus tranſfixos. Oīa den iꝝ
turpia nefanda horribilia que meminiffe ani-
mus teterimiaꝝ belluaꝝ potest i dedecus cato-
lice fidei i ignominiā christiani noīs in detri-
mētū sanctiſſime dei ueri ecclesie a tyranno ſu-
perbiſſimo & immaniſſimo & ab eius militi-
bus perpetrata. Oīaq; hec tā ab unde & tā elo-
quēter ſcio a plerisq; deplorata: ut ego me hoc
onere leuatū arbitrer: ſil' & q; a existimo eos q;
tā iminenti in fortunas: & in ceruices suas peri-
culo nō mouebunt fruſtra cōmemorationem

alienarum misericordiarum excitari: quin immo longe
iam uereor ne multorum animos recordatio tot
tantarumque cladiū potius ab spe uictorie auertat
q̄ misericordia aut indignatio accendat: ob eā
q̄ rem opere esse premium puto potius recēdere
quonā modo fere he immanes uinci & ab ho
minū memoria deleri possint: q̄ ea cōmemo
rare quæ ip̄e furore stimulate tum secordia &
imbecillitate nostroꝝ ducum: tū inertia & de
ſidia populorum contra christianam plebem
gesserint. Que iam eo peruenisse uideo: ut for
tissimi populi exemplo uilissimarum gentium ti
more perculsi absq̄ ulla ratione hesitant & pa
ueant. Quasi turcis in tracia in macedonia in
grecia in achaia in peloponeso in epirho in illi
ria sua uirtus & non illoꝝ paucitas & ignauia
uictoriā dederit: aut aliud penitus inter utros
q̄ q̄ numerus interfuerit. Nam ornatus arma
equi iaculandi & equitādi genus oīa utrisq̄ pa
ria fuere & in pari imbecillitate cui erat dubiū
quin multitudo superaret: in qua reargui ma
gis illoꝝ temporū pontifices cæsares regesq̄ &
res publicas christianas licet qui pituris non o
piculati sunt: q̄ illoꝝ infirmitas accusari q̄ nu
mero impares & parum inter se concordes ab
hoste uno magno & potente subacti extermi
natiq̄ fuere: sed fuerit hoc fatale totius gæcier.

excidium:& id eterna maiestas occulto prouidē
tie sue consilio nō sine misterio magno permī
serit:patiemur ne etiā has truculentas bestias i
romanū nomen:& in italiā caput terraꝝ or
bis trāscendere. Quāqm ego ita me deus amet
non moleste fero eos in apulliā peruenisse:qn
potius nulla ratione maiorē de eoꝝ euersione
spem concipio:qm quod eo uesanie puerint
ut latino nomini manus inferre ausi s̄int. Nam
sic italica & christiana omnia simul arma mo
ueri iure sperandum est:quom incendiū tā pe
riculosi belli in foribus pene atq; in ipo uesti
bulo omnibus iam uersetur:quibus motis ut
spero facile erit uidere turcos christianorū ne
gligentia ex paucis per multos ex ignauis in
dustrios ex secordibus fortē superioribus tem
poribus factos esse dum illis nemo pene occur
rit:qui aut robore:aut armōꝝ usu:aut discipli
na rei militaris ualuerit:aut si quis fuit:is ab
aliis destitutus ferre eoꝝ multitudinem nō po
tuit:uereor tñ ne quis me putet turcoꝝ res ele
uādo hoc bellū mīoris facere:q aut ipm ex se
sic aut usus postulet:non ita est quin illud om
nium que unquam contra christi iesu fidem
contra romanam ecclesiam orta sunt tēterrīmū
pīculosissimū & calamitosissimū puto. Sed si
existio ad conficiendū facilimū mó. Beatitudo

tua cū prestantissimis qui adsunt antistitibus
& uniuerso clero animū ad illud continue ap-
plicet: & oēs alias supuacaneas curas preter hāc
unā & que ad eam pertinent abiiciat: uti imp̄
fentia facit. Quod eo magis te beatissime pa-
ter anniti decet: quia dissimulandū nō ē quod
obscurari non potest. Cunctis sane gentibus
& nationibus pro innata illis cum ordine no-
stro simultate in animū inductū & persuasum
esse: omnes has calamitates christiano populo
sacerdotum imprimis errore cōtingere: in me
ip̄m s̄aepe id expertus loquor: facile suoꝝ q̄
q; male factoꝝ culpam in nos trafferunt: & le-
uiorem esse putant: dum uitam moresq; calū-
niantur nostros. Ob eamq; rem impensius in
uigilandum est: ne populus ullam in nobis ca-
lumnie materiam superesse presentifcat. Si otio
si deliciis: si desidie locus unq; ullus apud nos
fuit agendo: temporando: laborando ip̄presen-
tia studeamus uti orbis terraꝝ nostro exéplo
permotus nullum dāmnum nullum discrimē
nullū periculum in capessendo & prosequēdo
hoc bello extimescat. Nihil efficatius operibus
ipsis ad p̄suadēdū ē: & nihil quod æque genus
humanū ac uirtus & religio moueat. Si igitur
cupimus imperatores reges & res publicas in
hac fidei causa thesauros suos elargiri: nos im-

primis nostram & ecclesie substantiam eroe
mus: si eos insudare cupimus: nos imprimis i
sudemus: si picula adire: & nos etiam uel iunctio
uel ortando uel consulendo periclitemur: & in
ter hec omnia diuinae ree sanctissime cerimo
nie & fidei cultus non tepefcat. Quibus rebus
facile erit principes & populos non ad defensio
nem modo sed ad augmentum christiane reli
gionis permouere. Exemplo tibi Urbanus se
cundus erit: qui quadringentis circiter ante te
annis huic nauicule p̄fuit & petri speculam in
qua tu non sine diuino numine positus es te
nuit. Is enim cōcilio principum apud clarum
montem in gallia habitō tricenta hominū mi
lia ad recuperandam asiam tamdiu antea a ue
ri dei cultu ad machometicā sectam traductā
& ab infidelibus occupatam armauit: & eo uē
tum est: ut post multas & maximas de turcis
ipsiſ & de reliquis supersticiosis gentibus uicto
rias tot urbibus tot regnis tot prouinciis & tā
dem urbe hierosolima celeberrima morte & se
pulchro redemptoris potiti sint. Non defuere
tunc proceres duces & omnifariam uiri qui fi
dei causam suscipierent qui pecuniam: qui ex
ertitus: qui uitam ipsam saluatori deuouerent:
quom tamen neq; potentiores tunc neq; meli
ores aut reges aut principes aut populi forent

neq; minore suspitione & metu regna atq; im
peria sua tutarencur: quippe q; neq; discordia
neq; bellum id temporis deerat: immo & ple
risq; & pontifici ipsi imprimitis multis patrimo
nium petri occupantibus habunde supererat.
Omnia tamen uicit unius pontificis industria
& animus. Quod si ille quieta regna & natiōes
nullo laceſſitas bello mouere tam facile ad capi
enda pro augmento fidei arma potuit: quid te
facturum. P. beatissime speras cum tot habeas
iam reges & populos nō bello tantū: sed dam
nis & ignominiis a turcis prouocatos: quos
haud difficile pleriq; alii cum illoꝝ cum religio
nis gratia imitabuntur: si ad eos excitandos
beatitudo tua toto pectore & uiribus cum pre
stantissimis his patribus animū intēderit. Nā
ut ommittam singularem eruditionem & sapi
entiam tuā: ut religionem & integritatem tace
am omnibus gentibus perspectissimā: q; oīa
cum maxime ad permouendos christianorum
animos efficacia ſint: tanta i te uno repientur:
quanta in reliquis nostroꝝ tempore summis
pontificibus uix fuere. Hoꝝ uenerabilissimoꝝ
patrū uirtus & grauitas: quoꝝ alii splendore
sanguinis alii litteratura: alii ſanctimonia: oēs
auctoritate industria & reꝝ uſu plurimū apud

principes & res publicas pollent: magno adiu-
mento huic rei erit. Quinimmo uidere iam ui-
deor: si hæc prouincia uti decet a beatitudine
tua & ab omni ecclesiastico cetu capiatur prin-
cipes ipsos certatim ad defensionem & augmē-
tū fidei ad protectionē alme oīm parentis ec-
clesie sese ultro oblaturos: & infinitum pene
numer⁹ militum nomen in christi miliciā da-
turū. Ad eam uero rem non litteris: non sigil-
lis plumbeis opus est: quibus iam populorū
aures occaluere sed uoce & conspectu tno. P.
beatissime: & presentia optimor⁹ patrum: qui
non prouincias exhaustant: non legationes ut
ditiores fiāt exoptent: sed nouo comēto nouo
cōsilio nouā & inusitatam rem aggrediātur: co-
gnoscat orbis periclitari fidem christi iefu: itel-
ligat sponsam eius dilectissimā in maximo eē
discrimine. Videat nos neq; auri neq; gemma-
rum: neq; preciosę supellec̄tilis auidos: sed om-
nibus his & uita ipsa maioris fidem & ecclesiā
dei facere. Quod si ita fiet: pro certo habeat. b.
tua nō modo turcorū bellū leui momento re-
pressum: sed exiguo quoq; téporis tractu gre-
ciā omnē: & quicqd insularum in egeo mari est
a nostris recuperatū iri. Nam ut eos quoq; ma-
xime int̄missos faciā qui & multi & opulentí

& strenui sunt: his enim nullū hoc beneficium
maiis excogitari potest ceteros pfecto re ipa
tam pia tam sancta pmoueri dubiū apud me
non est: partim enim uirtus ipsa & amor chri
stiane religionis accendet: partim uerecundia
obstricti negare opem & auxiliū nequaq̄ po
terunt ut reliquos tac̄am: quos tamen om̄is
uirtute & religione pollere: & meminisse se
christi iesu precioso sanguine redemptos esse
non ambigo Alfonsum lusytanum regem ac
principem eius natum duo tibi contra ethni
cos firmissima propugnacula offero: ita ad om̄i
niū infideliū bella paratos: ita in eis exercitōs
& expertos ut inter christianos omnes nemo
iam diu repertus sit qui eos non dico uincat
aut æquet: sed uix imittet. Alii ab infidelibus
laceſſiti dū se suaq; tutantur haberi tamen ho
nesti & strenui uolūt: plurimi ne ferre quidē
barbaroꝝ arma possunt. Hi uero longe ab om̄i
niū infideliū iniuria positi & quieti: nouū bel
lum nouū regnū nouos & inusitatos triūphos
de barbaris quottidie gerunt nanciscunt ex
ercent. Omitto breuitatis gratia cōmemora
re: quæ eoꝝ maiores contra mauritanos gesse
rint: quo pacto eos tot iā annos lusytanie toti
us possessione herētes ui & uirtute pepulerint.

Quonam modo post recuperatū regnum in africam transcederint: & expugnata septa urbe oīm africanarū clarissima & maxima gaditanū fretum occupauerint non hec dicam qm̄q̄ ple na meritoꝝ: plena glorie sint: quia progenitorum ornamenta neq; uirtutē neq; honestatem mea quidem sententia minoribus prebent qn immo sepe etiā plerisq; dedecori & ignominie fuere. Sed ad ea animus pperat: que Alfonsus ip̄e rex clarissimus sua industria sua manu ges serit. Primū alcassar oppidum munitissimū situm in medio freto magna classe adortus pau coꝝ dierū oppugnatione cepit. Postea uero cū expedito equitatu iteꝝ in mauritaniā traiiciēs quis tingi urbem antiquissimā & natura atq; operibus munitissimā quā furto tentauerat capere nequiret: tamē excursions plerasq; i bar baroꝝ agros longe lateq; fecit: multosq; mortales ferro: igniq; absumpsit: Vastatisq; agris & populatis eoꝝ finibus in Lusytaniā ē regref sus. Tertio uero loco in africam quadringenta rum circiter nauium maxima & pulcherrima classe traiicens arzillam urbem magnā & opulentam in ora oceani atlantici sitam in coronam obfessam tormētisq; cassatam ui cepit: comite & sotio illustrissimo principe: qui inibi post tam claram uictoriam militaribus sacra

mentis a pre obstrictus uir euasit animo & cor
pore inuictus prudentiaqe insuper & rei milita
ris propria super etatem super que humanam fidem i
signis. Sed ea urbe expugnata pauore pecculsi
mauri cum ferre obsidionem tingitanam despera
rent relictis menibus sese cum mauritanie re
gno ~~algarbiū~~ accolere uocant eximio regi dedi
derunt. Non dicā in presentia quot & quod claras
uictorias de truculentis barbaris duces nostro
rū exercituū septuaginta pene continuis annis
consequuti sunt. Quotiens exigua manu ma
ximos populos profligauerunt: quotiens non
maurusior modo proceres: sed reges ipsos iu
sta acie uicerint: non quod habet eterna memo
ria digna non sint: sed ne ipe per insolentiā ui
dear familiā meā extollere uele. Non primus om
niū comes petrus mihi paternus auus septam.
Eduardus pater alcassar Henricus frater arzilā
cum imperio tenuit. Ex quibus auus post longū
seniū naturae concessit: pater & frater uti deo pla
citū est post multas & claras de illis gentibus
uictorias uiriliter pro fide pugnando oppetie
re. Quas tamē ut dixi conmemorare in animo
non est: malo enī tot & tanta lusytane domus
merita silentio preterire: quod dum aliena repro

modestie & pudoris obliuisci mei. Ad ipm igitur clarissimum regem redeo: de quo quauis multa & maxima dicantur: plura semp & maiora supererunt. Hic est ille africe domitor: qui si ablatis urbibus & oppidis in freto & in ipso atlantico sitis tam potentes illos africe reges non coercuisset longe maior proculdubio clades illinc a mauris illata per gaditanū fretum in hispanys ingrueret q̄ a turcis in grecia per bosphorū tratiū atq; helespontum christianus populus passus est. Mauri enim numide getuli & quicquid gentium intra atlantem & orā nostri maris continetur: & numero plures sūt & infestioribus si dici potest animis christi fidem insectantur: & regem granate sui nominis & secte in betica tam expertum bello regnūq; illius tam munitum natura ipsa: tot maritimis urbibus circumseptum habent: ut si liberum illis mare & aperti fuerant ut antea africe portus grauior haud dubie illa pestis nostris temporibus q̄ olim hispanye fuerat. Quare iure dici beatissime. P. potest: labore & sanguine regie lusytane xpī fidē inhiberi & coli. Nunc igit re gem hunc principem hanc omnem familiā q̄q

tam graui hoc affricano bello cōtinue imp̄lici
t: bāeatitudo tua īter cæteros christianos prin
cipēt̄ ad hoc munus cōtra turcos humani ge
neris hostes capescendū promptissimā paratis
simamq; semp habebit. Quis erit igit̄ tam mē
tis & animi exp̄ers qui si huiuscemodi reges
principes ac populos cōspirare aduersus turco
rū magnū magis q̄ st abile imperiū uideat: nō
speret illud haud magno temporis spacio fun
ditus euerti posse.

CONFVTATIO

Ego enī neminē esse puto tam pditū tā sui ob
litū qui si rem geri suo ordine uideat: tā iuste
tam necessarie: tam religiose huic expeditōni
desit: immo uero qui nūc in hac idrunti oppu
gnatione auxilia non prestant eos sibellū hoc
totū cōtra immanes barbaros terra mariq; ge
gera t̄ & concipiat̄ christianoꝝ aīs turcoꝝ im
perii ultima euersio inter precipuos propugna
tores futuros existimo: & ita fiet: ut multo plu
res potentioresq; reges ac res publicas beatitu
do tua ad recuperandā greciā armare possit: q̄
nunc ad arcendū apulia hostem habeat. Dum
ad expeditionem illam maior glorie & impe
rii cupiditas aīos oīm inuitabit. Ab hac uero
inuidia & simultas aliquorū mentes auertit.
Quod uero ad uim belli attinet: timendū pro-

auertit. Quod uero ad uim belli attinet: timendum pfecto nō est christū iesum athletis suis solitas uires negaturū: quin immo firmissime sperandū p fide sua pugnantes felicioribus etiā auspiciis psequutur. Sed sit cōmunis utrisq; mars: & ea modo subeunda cōditio quā fortū na dederit. Quid per deū imortalē speras fore. P. beatissime. Quom leuē & cōcursatorē hostē media acie catafractoꝝ coortes excipient: quid si etiā ad robur italicū agilis ad feriendū hostē hispanus eques adiiciat: qui disiectos persecutus barbaros stragem in effusos edat: oīa pauore & cruore cōpleteat. Quid si britani: germani panonii equites peditesq;. Loco pedem mouere nescii cū turba futiliū sagitatoꝝ cōcurrant. Quid tandem si gallica tormēta muris admoveant. Si ageres uineas & cuniculos gallica in obfessos sedulitas agat. Vis mari gerat̄ res: qd putas negotii tot quatremibus tot rostratis nauibus cum lemboꝝ celotiū & exiguaꝝ biremiū mltitudine fore. Vis fusas & disiectas aut uariis locis reptas persequi: hic tibi imprimis usus Lusytanaꝝ nauium erit. Neq; enim eaꝝ me minisse piget: cū roboris plus multo turcoꝝ tremibus habeant: & quouis uento agilitate & celeritate eas longissime ante ueniant. Accedit ad hæc omnia rei militaris īcredibilis pene

nostroꝝ pitia & continuus bellorū usus:qua
sola re sepe exigue copie maximos exercitus fu-
derunt:& mediocriter fortis ferocissimas gen-
tes exterminauerunt.Dies me deficiet:si cōme
morare uoluero:quotiens egregii impatores
exigua manu innumeram barbarorum multi-
tudinem fugauerint:quotiens parati & in ordi-
nes digesti exercitus infinitos populos exiguo
labore bellauerint:hoc tantum dixisse sit satis
quod re ipsa & usu militari comptum est:incō
ditam & leuium armorum turbam:qualis tur-
corum maxima pars est:non solum multitudi-
ne firmiore non esse sed etiā numero iō debi-
liorem & fragiliorem fieri:dum primi uim ho-
stium armatorꝝ ferre nequeunt:& medii ac po-
stremi non secus a suis fugientibus:q ab hosti-
bus ipsis tergo illoꝝ instantibus fundantur.


CONCLVSION

Que quom oīa ita sint. P. beatissime noli pre-
cor hanc tantam occasionem tibi rei benege-
rende impresentia oblatam pretermittere.

Nam quom cætera omnia felicem huius bel
li euentum protendant. Tum mors ipsa cru
delissimi tyranni & filiorum discordia hoc tem
pore oblata tanque signū aliquod ad capiéda ar
ma celitus nobis ab immortali deo datū existi
mari debet. Sequamur igit̄ optimū ductorem
christū iesū: quia sponsam suā unicā tot iam anno
rū spacio spurciciis uilissimorū carnificū sedatā
in libertatē pristinā restituere se uelle ominat̄
& quia ex omni clero eloquētia & auctoritate ua
luerint: hi ad cōmouendos principū populoꝝ
quia animos a sanctitate Amittant̄. Qui religiōe
& sacerdicia prestat̄: cōtinuis sacrificiis & ora
tionibus uacēt. Qui thesauros & preciosam su
pellecīlē possidēt liberaliter erogent. Qui usu
rerum & bello experti fuerint: labori sese & pe
riculis obiificant: & qui gladiū ex doctrina sal
uatoris non habuerint: uendita illum tunica
emāt. Que si a nostri ordinis & professiōis ho
minibus cæsares: reges & populi sedulo fieri &
ex ordine uiderint iam non id rūntū modo ex
pugnatum quod prope diem futurum spero:
sed greciam totam recuperatum & asiam etiā
ipsam e manu truculentorum barbarorū bre
ui uindicatum iri non dubito. Tu uero. P. be
beatissime si tua id cura & sapientia fiet.

Vosq; prestatissimi patres huius quoq; mune
ris participes tantū nominis tantū decoris:tā
tū glorie & qđiu uixeritis & uita hac functi cō
sequemini. Ut pro corruptilibus æterni:pro
mortuis uiui: & tandem ut uno p̄stringā uer
bo pro hominibus dii merito semp apud om
nes gentes & apud superos ipsos habeamini.

Habita hec est oratio pridie Kalendas septem
bris salutis. Anno Millesimo quadringentesi
mo octuagesimo primo: p̄tificatus uero Xysti
.iiii. anno. xi. & eodem Rome impressa.





CAESARIS MENTIS
UBORUM TUTUS
SANDYX MYSTICUS

ROME
1481